

**N**UNC dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum  
tuum in pace;  
Quia viderunt oculi mei salutare tuum.  
Quod parasti ante faciem omnium populorum,  
Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tue Israel.  
Gloria Patri, &c.

*Antienne à la Vierge.*

**A**LMA Redemptoris Mater, quæ pervia cæli.  
Porta manes, et stella maris, succurre cadenti.  
Surgere qui curat populo, tu quæ genuisti.  
Naturâ mirante, tuum sanctum, Genitorem.  
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore sumens illud Ave  
peccatorum miserere.

V. Angelus Domine nuntiavit Mariæ :

R. Et concepit de Spiritu sancto.

*Autre Antienne.*

**A**VE, Regina cælorum,  
Ave, Domina Angelorum :  
Salve, radix ; salve porta  
Ex quâ mundo lux est orta.  
Gaude Virgo gloriosa,  
Super omnes speciosa :  
Vale, ô valde decora,  
Et pro nobis Christum exora.

V. Dignare me laudare te, Virgo Sacra :

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

*Autre Antienne.*

**R**egina cæli, lætare, alleluia ;  
Quia quem miseristi portare, alleluia.  
Resurrexit sicut dixit, alleluia.  
Ora pro nobis Deum, alleluia.